ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Klosterneuburg, 1384 Seite 121v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



omnia subdita erunt deo cui regnum non erit finis
quod optat ecclesia cottidie dicens adveniat regnum tuum etc.
Tunc enim homo est plene et complete iustus quando complete
est ordinatus sub deo ut solus deus dominetur homini et caro
complete dominetur spiritui. Unde Augustinus de verbis domini lxii. super
illud verbum apostoli. Christus traditus est propter delicta nostra et
iustificatus resurrexit propter iustificationem nostram etc. Dicit
In capite nostro Christo iam interim resurreximus in fide
iustificati et in spe salvati. Cum autem resurrectione ultima
complebitur spes nostra tunc complebitur et iustificatio nostra. ¶ Igitur
[illegible] et in eternum non obliviscar. i. memor eorum
etc. quia verisimile est quod necessitate mentis in ebriaco possunt obli
visci pro memorari. Iustificationes tuas etc. Ista
memoria videtur sibi necessaria et utilis propter tria genera iustifi
cationum. Primo enim memoria iustificationum utilis
est propter admirandum et honorandum in pedagogo
utilitatem et diligentiam discipline sicut faciunt
hodie viri maturi et sapientes pedagogis puericie et
adolescentie sue rememorantes circa se eorum providen
tiam et disciplinam. Unde ad Romanos vii. apostolus hono
rabiles et admirabiles ostendit legem tamquam bonum pe
dagogum dicens. Itaque lex sancta et mandatum sanctum
et iustum et bonum. scilicet in se et per se licet occasione accepta
per peccatum operetur mortem etc. Secundo memoria iustifi
cationum fidei utilis est propter utendum et gaudendum
beneficio gratie propter spem et fructum glorie. Ps. Gaudebunt
labia mea cum cantaverio tibi et anima mea quam redemis
ti. Ps. Meditabar in omnibus operibus tuis et in ad
ventionibus tuis exercebar. Tertio memoria iustifi
cationis gloria delectabilis est propter malorum evasionem et
completam bonorum adeptionem. et hec propter in eternum. i. sine fine
Apocalipsis xxi. Iam non erit amplius neque mors neque
luctus neque clamor neque ullus dolor. Ysaie lii. Gaudium
et letitia sempiterna super capita eorum fugiet dolor
et gemitus ab eis etc. Quia in ipsis scilicet iustificationibus
iustificasti me etc. scilicet ¶ Primo in iustificationibus

Memoria iustificationum

legis cuius opera facientes vivebunt in eis. i. vitam
temporalem conservabunt vel evadendo penam et mortem tempora
lem vel preparati per eam ad exspectandam in fide et spe pa
tris futuram per Christum salutem quia sicut dicit Augustinus in libro
de penitentia dei et templo eius. Non audemus preponere fidem
nostram fidei patris de quibus dicit apostolus quod habuerunt nobis
cum et nos cum eis eundem spiritum fidei sicut dicitur ii. Cor.
iiii. Quia est eadem fides etc. Secundo in iustificationibus
fidei et hec vita spiritali per gratiam. Ad Romanos x. Iustus
autem meus ex fide vivit etc. Tertio in iustificationibus
premii. et hec vita eternali per gloriam. Mathei xxv. Et ibunt
hii in supplicium sempiternum iusti vero in vitam eternam
Iohannis xvii. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum
verum deum etc. Videtur tamen quod ista vivificatio scilicet continuatio
ad sensum precedentium versuum intelligatur de vivificatione
illa que est per spem et divinam consolationem adherendam perse
verantiam in tribulatione et hec per oppositum ad mor
tem defectionis spei et affectionis tedii et passionis in eo
modo dicitur propter tribulationes de quibus conquerebatur superius
quia quot sunt passiones et afflictiones iustorum in presenti tot
et mortes. Ps. Propter te mortificamur tota die. De hac
vivificatione per spem etc. Ps. Sicut lira vii. versu ii. ¶ In ipsis
ergo scilicet iustificationibus vivificasti me hec est in ipsis
i. exquisitis per desiderium et diligentiam. Unde supra.
Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum et
exquiram eam semper. Secundo in ipsis scrutatis per fidei
scientiam. Beati qui scrutantur testimonia eius etc. iii.
in ipsis exercitatis per passionis et actionis experientiam
Unde Sapientie. Huius autem tuus exercebatur in iustificatio
nibus. Iustificationes enim non vivificant vita gratie
ad meritum glorie nisi exquisite fuerint scrutate fide
lis et exercitate ac observate perseverant.

Tuus sum ego salvum me fac.
Quia ut superius dictum est causa perseverantie
sive in spe sua est meditatio legis divine cum adiu
torio gratie coniuncta. Pertractis hiis que respiciunt